et cum profectu studentium prælegere ac eisdem ampliationes, Limitationes et Exceptiones adjungere tenetur. Nulla enim Regula tam firma est, quæ non patiatur aliquam exceptionem. arg. l. Illud relatum. §. Sanè sunt. ff. de Injur. et l. fin. C. In quib. causis in integr. restit. necessaria non est

STATUTUM XX.

De Professore Iustinianeo.

Quia honor est Magistro bonos habere Scholares. gloss. in Proœm. ff. §. Incipite v. maximum. ac decus maximum eis legum doctrinam et viam, quam Pater legum, jux. authen. de Incest. Nupt. §. Dubitatum ita; Coll. 2. Iustinianus Imperator invenit, aperire; ideo ut utrumq; honorem scilicet et bonos Scholares, futuros jux. d. §. Incipite optimos justitiæ et Reipublicæ ministros

habeat Justinianeus Professor, Discipu-
lis suis viam ad arcana legalis scientiæ:
quàm planissimam in explicandis et per-
tractandis Institutionibus Justinianeis
aperire curet. Lectionem suam ex classicis
et approbatis Authoribus præcipuè Stara
wolscio, Oinotomo, Wesenbecio, Schneide-
vino etc. compilet, eandem Constitutioni-
bûs Regni Nostri Poloniæ, statutîs, Con-
suetudinibûs, Plebiscitîs, Jure Saxonico,
Magdeburgensi, pro exigentia materiæ
resiciat, ac ut eandem horâ primâ pome-
ridianâ legendo, intra spatium unius
anni omnino finiat, brevitati, modò ex
ipsa non sequatur obscuritas et incerti
tudo, Ioan. Andr. in Proœm. Decretal.
v. Gregorius in princip doctrinam et præ-
cautionem sequendo, studeat. Prolixitas

enim jux. præscriptum l. fin. S. In rescu:
tatorijs C. de Appellat. fragile hominis in
genium confundit, tædium animis Audito:
rum generat, Constit. Justin. Imperat. S.
Quibus. in princ. C. de nov. Codic. Faciem.
nec aliquod eisdem confert syffragium. Con:
stit ejusd. Imperat. loc. cit. de Emendat. Codic.
D. Justin. Multò namq; utilius est pauca
idoneè effundere, quàm multis inutilibus
homines prægravare. l. 2. S. sedet si quid. C.
de Veter. jur. enucleand.

STATUTUM XXI.

De Professore Institutionum Iu ris Canonici

Quemadmodum Sacrosanctum Evan:
gelium non in verbis scripturarum, sed in
sensu, non in superficie, sed in medulla. n
in sermonum foliis, sed in radice rationis